

Sigismundus primus rex Polonia,  
Ludovico Hungariae et Bohemiae regi.

174  
Serenissime etc: Accepimus his diebus  
litteras maiestatis vestrae, quibus scribit  
habuisse se tandem responsum a seren-  
nissimo principe domino Ferdinando archi-  
duce Austriae de conventu nostro mutuo.  
Etiam ex scheda in litteris inclusa intel-  
leximus causas, ob quas idem princeps  
Ferdinandus conventui interesse non potest,  
tamen oratores suos viros insignes ad  
eundem conventum se missurum pollicetur.  
Praeterea consilium nobiscum conveni-  
endi nequaquam se immutasse nobis  
eisdem litteris significavit maiestas vestra,  
simulque nos rogat ut in voluntate ac pro-  
posito, simul conveniendi perseveraremus.

Serenissime rex et amantissime nepos  
noster, multis iam circumactis annis,  
omnes conatus, omniaque studia nostra eo  
dirigebamus, idque omni ope nostra curavi-  
mus, ut nobis aliquando cum maiestate  
vestra commode congreri liceret, id enim am-  
bibus nobis, et utriusque nostrum regnis  
et dominis, non modo commodum et utile,  
verum etiam decorum et honorificum futu-  
rum fore existimabamus. Sed si quod non sine  
magna animi nostri gravitate scribimus, haud

sumus

scimus quibus factis adversantibus vero  
ipsa votis et optatis nostris haecenus mi-  
nime respondit. Nam quotiescunque rem  
tentassemus, eamque perficere iam iam ani-  
mo constituissemus, illico fere semper, aut  
hinc à nobis, aut isthinc à maiestate ves-  
tra prater opinionem aliquid intervenit,  
quod propositum nostrum, et ardens conve-  
niendi desiderium, non sine molestia ani-  
mi nostri interturbavit.

Fatemur quidem his proxime preter-  
itis mensibus paulo ante, priusquam po-  
steriores iste litera à maiestate vestra no-  
bis redderentur, non satis aptum et com-  
modum tempus cum eadem congregandi  
habuisse, quod profecto sine omni excusa-  
tione fecissemus, si paulo tempestivius super  
ea re à maiestate vestra fuisset admo-  
niti. Verum nunc quod vehementer dole-  
mus, cuius congressus nostri omnem oportu-  
nitatem et facultatem prorsus sublatam  
esse videmus. Cuius rei tametsi plurimae  
et maxima, eaque à ratione profecta cau-  
se à nobis adduci possent, tamen vel  
ecce sola quas describimus, iure ac merito  
satis esse deberent, quominus id nobis fa-  
cere conveniebat. Nam sub idem ferme tem-  
pus quo literas à maiestate vestra accep-  
imus, conventum generalem regni nostri, da-  
dum subditis nostris promissum, iam tum

desi-

567

designaveramus et indixeramus, à quo sine detrimento et iactura rerum nostrarum abesse nequaquam possumus.

Nam terra nostra Prussia ob Lutheranam heresim, novas res et nova consilia captare videntur, et rustici earundem terrarum, forte Germania rusticos emulati, tumultuari incipiunt et manum congerunt. Quibus rebus omnibus nisi nos mature prospexerimus, verendum esset ne res ipse in id discrimen pervenirent, quod postea haud facile corrigi et emendari posset.

Quamobrem si super hoc nostro mutuo conventu, utriusque nostrum desiderio minus quam voluerimus fuerit in praesens satisfactum, rogamus plurimum maiestatem vestram, boni consulere, et hanc nostram excusationem in eam partem benigne accipere dignetur. Nec tamen dubitet nos omnem nostram curam, cogitationem, operam, consilium, eo destinata esse, ut absolutis his rebus, et negotiis his quae nos non mediocriter urgent, quasque modo praemanibus habemus, nulla interposita mora tractabimus cum maiestate vestra super eo ipso negotio conveniendi, et ut primum à nobis super eadem re, consultum, deliberatum ac constitutum fuerit, dabimus operam ut primam quamque occasionem, congregari cum

illa

152  
illa possemus, quandoquidem nihil magis  
cupimus, quam dignitati et commodis eius  
nulla ex parte deesse. Commendamus nos  
ex animo maiestati vestrae, et cupimus  
eam felicissime et diutissime valere. Dat.  
tum.